



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm**

**Capilla, Andrés de**

**Coloniae, 1607**

Post Sacram communionem. Exercit. 81.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)



in se transformet, & nihil desideret,  
nihil quærat, nihil cupiat, præter  
ipsum.

## POST SACRAM

Communionem.

Exercit. 81.

*Ioan. 6. Hic est panis qui de cœlo descendit:  
& qui manducat me ipse viuet propter me.*

*Consideratio.*

CONsiderabimus, eum quem susce-  
pimus esse Christum Redempto-  
rem nostrum: qui tam verè intranos  
est, quam vere ad dexteram Dei Pa-  
tris in cœlis residet.

*Gratiarum actio.*

GRatias referemus Deo, pro sin-  
gulari hac gratia qua nos orna-  
uit, & inuitabimus Angelos & san-  
ctos omnes, atque omnes creaturas,  
vt nobiscum laudes diuinas celebrēt  
nosque in gratijs Deo pro hoc bene-  
ficio referendis adiuuent.

*Confusio.*

VDore suffūdēmur, atque ad Dei  
pedes nos prosternemus & coram  
ii s ip sius



ipsius maiestate prostrati, cognosce-  
mus & confitebimur nostrā vilitatē,  
quāq; indigni fuerim hoc beneficio.

*Petitio.*

**P**Recabimur Deum, vt operetur  
in nobis admirabiles illos effe-  
ctus, propter quos sanctissimum  
hoc sacramentum instituit, & omnes  
animarum nostrarū infirmitates &  
nostras necessitates ipsi aperientes,  
rogabimus eum tanquam medicum  
sapientissimum & potentissimum,  
vt eas curet, & tanquam patrem a-  
mantissimum & Regem liberalissi-  
mum, vt illis medeatur.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo, animam nostrā,  
in perpetuam ipsius habitationē  
supplicando ei, vt nunquam inde re-  
cedat, & quandoquidē per suā bonita-  
tem voluit animas nostras esse ipsius  
habitaculū, vt eas semper inhabitet.

DE HORIS CANONICIS.

**I**Nimicus salutis nostræ, quamuis  
omni tēpore insidias nobis tendat  
nosq; oppugnet, multo tamen magis  
hoc facit tempore orationis, specia-



liter cum dicēdæ sunt horæ canoni-  
cæ: vt earum nobis attentionē & de-  
uotionē auferat, faciatq; vt eas cur-  
sim, finē tantum modo respiciendo,  
perfoluamus: cū illud sit exerciti-  
um nobis quotidianum, quod ex  
obligatione ad quā tenemur omit-  
tere nō possumus. Quēadmodum e-  
nim qui horas debita cum attentio-  
ne & deuotiōe recitat, plurimū me-  
retur, sic qui eas animo distracto per-  
soluit, plurimū demeretur. Qui ore  
tantūmodo & labijs legit, & corde  
in plateis diuagatur, teste S. Ber. val-  
dē inēqualiter diuidit, qui adat folia  
Deo, & corde moni. Mercator qui in  
cōmercijs maiorib. iacturā patitur,  
quid potest de eo aliud sperari quā  
extrema paupertas? Sic qui in diuino  
officio, vnde magna lucra reporta-  
re deberēt, ita se habēt, vt nō modo  
non lucrētur, sed etiā meritū omne  
perdāt, & Deū per irreuerentiā & in-  
deuotionē offendant, alius certē il-  
lorum spiritus esse nō potest, quā  
miser & egenus. Ne igitur in hac  
parte deficiamus, visum est nobis,